UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita & Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteæ Comitis, Breviarivm

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Quæsita remedia. 20

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

Visual Library

multorum riſu eſſe. Magis eam inſiſteret viam, qua incedere tot nobiles videret æquales ſuos. Etiam illis ad cælum iter eſſe; paulò fortaſsè longinquius; certè autem planiùs multò, molliuſq; ac illud ſit, quod ipſe breuiús quidem, ſed per confragoſa abruptaq;, nullius exemplo moliretur. Ad hæc, indigna multa quotidiè commiſſurum, ſi in incepto pergeret; multa paſſurum, quæ omnia quondam, aut generis ſplendorem infuſcarent; aut vires corporis, annoſq; nullo digno operæ precio infringerent.

XX. *Quæſita remedia.*

HÆc talia quamuis haud neſciret Antonius, quibus auctoribus ſuggererentur; atq; ideò flocci crederet eſſe pendenda:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

obturbabant tamen , & placi-
tam animi quietem (qua nihil
eſt ferè tenerius) moleſtè laceſ-
ſebant. Idcircò violentis vſurus
remedijs, id anxiè ſtudebat, vt
quam celerrimè ab ea ſe mole-
ſtia vindicaret. Neque vitio ver-
tendum tironi putabat; ſi moræ
impatiens, ad ſuauitatis amiſſæ
vindicias ardentius properaret.
Ita nudis aſſeribus totas cæpit
noctes incumbere, tergumq́; aſ-
ſiduè flagris, crudelem in modũ
tundere: & cum oblatraret ho-
ſtis eò impudentius, horam pro-
pe ſolidam, ab accerrima diuer-
beratione nunquam ceſſare. Tũ
autem, per illos ipſos dies præ-
ter frigidæ potum panemq́; ari-
dum, victus reliquus omnis, per-
tinaci inedia, reiectus; Et ſpera-
tum, hac demum arte componi-

tur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

turbelas animi poſſe, ſi mutatis corpus iniurijs vrgere perſeueraſſet. Irrita conſilia. Et in eo tamen rigore progreſſus per imprudentiam vltrà fuerat: ni obſtinatum adoleſcentis ieiunium præſes in tempore ſtitiſſet. Qui forte quadam exeuntem è triclinio, & à macie plus æquo pallidum vt conſpexit; illicò redire, & inſtaurato prandio, quæ ei fercula rurſus apponerentur, ſumere omnia, pro imperio coëgit.

XXI. Reuerſa ſolatia.

DEiectus hac ſua ſpe, cum videret tenere ſe propoſitum, vt inſtituerat, non poſſe; paruit quidem imperanti; ſed ſimul vt in cubiculum è triclinio redijt, proſtratus ad Chriſti pendentis imaginem humi; nihil detrectaturum